

sicud quondam grex ad cantum pulchre virginis Alethie¹⁸⁵). Vere in labiis vestris gracia est diffusa, propterea benedicimini in eternum, ut memoriale vestrum perhennius maneat et vivat in seculum seculi.

(11) O si haberem lingwam divitem Ciceronis¹⁸⁶) et habundarem in torrente eloquii sicud Paulus, possem nimirum ad plenum depingere laudes vestras! Sed ut breviter eloquar^{a)} ut indoctus: persona vestra totum continet quod delectat.

(12) Tollatur corpus solare, quod mundum illuminat, nec dies tollatur magistri Petri de curia, ubi erit lux sciencie et consilii plenitudo. Certe non in solo pane aliorum doctorum vivit curia principum principis Fr[iderici], sed in omni verbo, quod procedit ex ore¹⁸⁷) magistri Petri de vinea domini Sabaoth, quam plantavit dextra domini¹⁸⁸) in ortulos Salomonis, de cuius vitis genimine bibent omnes¹⁸⁹), qui sedent ad mensam imperatoris et domini regis nostri.

(13) Utinam in ultimo calicis vino huius possem inebriari aliquando ego famulus vester Nicolaus, quatenus vestris familiaribus <saciat>^{b)} micas, que cadunt de mensa vestre sapiencie, comederem¹⁹⁰) et colligerem cum apostolis, ne perirent¹⁹¹). Ex tali namque comestione erucaret cor meum in posterum verbum bonum, dicerem opera mea¹⁹²).

Hanc igitur epistolam paucula de multis vestris preconiiis continentem ad iugem et commendabilem vestri memoriam exaravi, ut per eam processu temporis, quanti fueritis, omnibus innotescat.

Explicit.

Zu dem ersten Stück bemerkt Fischer im Katalog der Erlanger Handschriften: „Einleitung zu juristischen Vorlesungen.“ Dieser Bestimmung widerspricht aber der Text eindeutig: „... *dicimus, quod iste liber sacri cesaris constitutionibus consecratus in quinque partes dividitur*“ (Stück I, Satz 9)¹⁹³). Es handelt sich also zunächst nicht um Vorlesungen, sondern um einen *liber*, und selbst wenn es eine schulmäßige Behandlung wäre, so könnte doch der Ausdruck *consecratus*

a) eloquatur Hs. b) agatis Hs.

¹⁸⁵) Theoduli Ecloga v. 13. ¹⁸⁶) Vgl. HB. 2, 65; HB. 107, 11. ¹⁸⁷) Matth. 4, 4. ¹⁸⁸) Ps. 79, 16; vgl. HB. 2, 57—58. ¹⁸⁹) Matth. 26, 29; Marc. 14, 25; vgl. HB. 2, 61. ¹⁹⁰) Vgl. Luc. 16, 21. ¹⁹¹) Joh. 6, 12—13. ¹⁹²) Ps. 44, 2. ¹⁹³) Künftig zitiert: 1, 9 usw.